SAMMELHANDSCHRIFT MIT THEOLOGISCHEN TEXTEN
Melk, Mitte 15. Jh. (1445)

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35998
Copyright: Melk, Benediktinerstift

est misereri semper et parcere ut probemus nos
filios esse patris nostri qui in celis est. Hiis
dictis assensere sibi omnes sic quod pectus
illud virtutum est pietate victum quod inde
validum fuit quia pietate vinci potuit
Quid plura? Surgit continuo ille rex
gnus iuvenis suscitans de pulvere
egenum et de solo quo iacebat erigens
supplicem suum pro eo rogaturus procedit
ad palacium. Erat tunc temporis ibi publicus
et continuus principum conventus et totius
regni procerum ac nobilium concio que
concione curia moris est appellari
Ingresso igitur palacium assurgunt omnes
assurgit et ipse rex nam inter virtutes
quibus quasi stelle sua tempora ornabat
valde honore se invicem preveniebat
Cumque rex super thronum suum sedisset
positus est et alius thronus filii eius